

Lycletus Phydias Lysippus ceteriq; qui nobilitate ex arte sunt consecuti. Namq; ut in ciuitatibus magnis aut regibus aut nobilibus ciuib; opera fecerunt: ita id sunt adepti. Atqui non minor studio et ingenio solertiaq; fuerunt nobilibus et humili fortuna ciuib; non minus egregie perfecta fecerunt opera nulla memoria sunt assecuti: quod non ab industria neq; artis solertia: sed a felicitate fuerunt diserti. ut Hellas Atheniensis: Dion Corinthus: Miagrus phocensis. Pharax Ephesius. Bedas bizancus. Etiamq; alii plures: Non minus ite pictores uti. Anisomenes Theusius Polides et Andramites Nitheonagus. Ceteriq; quos neq; industria neq; artis studij neq; solertia deficit: Sed aut rei familiaris exiguitas aut imbecillitas fortunae seu in ambitione certationis contrariorum superari obstitit eorum dignitati: Nec tamen admirandum est si propter ignorantiam artis uirtutes obstantur: sed maxime indignandum quod etiam saepe blandiantur gratia conuiuorum aueris iudicis ad falsam probationem. Ergo uti Socrati placuit si ita sensus et sententiaeque disciplinis aude perspicue fuissent. non gratia